Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31248
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

25

metis latitudinis putei per .u. et
diuide per numerum partium umbre
et exibit profunditas putei. Si (de putei capacitate)
de putei capacitatem uis habere
per aream putei inuentam ut su-
pradictum est multiplica putei profun-
ditatem et productum dabit putei capa-
citatem. Si de columpne grossitie uis (De columpne grossitie)
inuestigare sumatur quantitas la-
titudinis columpne et ducatur in
se et habebis aream per quam aream mul-
tiplica latitudinem columpne et productum
erit dabit grossitiem. Si alicuius (de modii capacitate)
modii rotundi uis habere capa-
citatem sumatur dyameter fundi
modii et dyameter superior et eq-
ueniet medietate excessus ma-
ioris addita minori et inuenie-
tur tunc area fundi ut dictum est
de dolio et uideatur quot digitorum sit
uel palmarum per aream illam mul-
tiplicetur altitudo modii. Si (Quot pue mensure sint in modio)
si habuerimus aliquam mensuram pua
unius denarii uel duorum teneret in
suram unam quantitas modii mul-
tiplicetur in minimi quantitatis mensure (uide supra)
pue et denominatio ostendit quot
unum uas continet in modio et
in superiori uas fuit unius denarii
sciatur quot denariate uini
sunt in ~~numero~~ modio. Si (De dolii capacitate)
uis alicuius dolii capacitatem uis

habere primo inuenies aream
fundi dolii per eius diametrum ut
dictum est prius. Postea sume lon-
gitudinem uel unam capacitatem
et per illam longitudinem multipli-
cetur area et denominatio dabit
quantitatem dolii. Si habueris (Quot modii sint in dolio)
dolium et uelis scire quot dolium
contineat modios sume eius quanti-
tatem per predicta et quantitas dolii di-
uidatur per quantitatem modii. deno-
minatio dabit quotiens modius
continetur in dolio. Si modius
fuit uini unius munate uini. sciatur
quot denariate erunt in dolio.
Si aliquorum quadranguli uasis capacita- (De capacitate vasis quadrangularis)
tem uis habere sumatur area fundi
uasis per aream superius dictam que area
multiplicetur per eius altitudinem et pro-
ductum dabit capacitatem.
Explicit quadrans.



vas quadrangulum



vas equatum